



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

ver. 49.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83000)

omnis victima in lege sale condiebatur. Damna enim diuina iusticiae victimae cadunt. Isaia 34. *Gladius Domini repletus est sanguine, intrassatus est adipis, de sanguine agnorum & horum, de sanguine medullarum arietum, victima enim Domini in Bosra interfectio magna in terra Edom.* Sic etiam apud Ioseph. l. 17. ant. c. 11. Archelaus apud Augustum accusatur, quod victimas occidisset ciues & aduenas in templo. Inde & locutio illa comitorum, *vt te sacrificem.* Et ante multos annos Augustus equitum centurias ad aram Iulij crudeliter iugularat. Iuliam vero agere de aeterna poena, illa que sequitur, edocent. *Et descendent vnicornes cum eis, & cauri cum potentibus: & c. & conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur. & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non existinguetur, in sempiternum ascendet, fumus eius a generatione in generationem desolabitur: in secula seculorum non erit transiens per ea.* Per Babyloniam vero describit in feris Propheta, in quibus victimae illae aeternum offeruntur.

Hugo Cardinalis salem etiam correctionis, & igne purgatorium inter cetera significata habet. Verum Maldonati sententiam multa probant. Primo enim causa redditur, cur graues & aeternae dicat penas damnatorum. Quia igne omnia penetrante, inflammante non tam exuruntur, & consumuntur, licet sit edacissimus, sed saluuntur. Non enim sine causa noua metaphoram vsus est Christus, vt igne saliri eos diceret, qui perpetuo in igne durant, vt sale condita corpora diu perseverant. Cyprianus ad Demetrianum illam flammę viuacitatem exponit. *Credite illi qui omnino non fallit. Credite illi, qui hac omnia futura prae dixit. Credite illi, qui credentibus prae mium vitae aeternae dabit. Credite illi, qui incredulis aeterna supplicia gehennae ardoribus irrogabit. Quae tunc erit fidei gloria, quae poena perfidiae, cum iudicij dies venerit: quae laetitia credentium, quae morsus perfidorum, noluisse istuc prius credere, & vt credant, iam redire non posse: Cremabit addictos ardens semper gehenna, & viuacibus flammis vorax poena: nec erit vnde habere tormenta vel requiem possint aliquidando vel finem. Seruabuntur cum corporibus suis anima in finitibus cruciatibus ad dolorem. Spectabitur illis a nobis semper, qui hic nos spectant ad tempus: & in persecutionibus factis oculorum crudelium breuis fructus, perpetua visione pensabitur, secundum scripturam sanctae fidei dicentis: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ad visionem vnuerse carni.*

Ignis est cleris exitij symbolum, & magnae poenae. Num. 21. *Ignis egressus est de Hesbon.* Et Iud. 9. 20. *Egre diatur ignis ex eo.* Psal. 77. 63. *Iuuenes eorum comedit ignis.* Psal. 9. 10. *וַיִּבְרַח בְּלִבִּי מִן כּוֹרֵד הַיָּם* in corde ignis, hoc est aduerbitatū & dolorum. Celerrimę igitur ignis omnia conficit, itaque vocatur, *edax, auarus, avidus, omnium vorax.* At Christus specialiter dixit ignem salite corpora, vt occurreret obiectioni eorum, qui putarent cito illa absumenda, itaque penam fore aut breuem, aut leuam. Non eo modo inquit ignis seuiet, sed instat salis, qui vrit, siccatur, penetrat, sed tamen vt conferuet. Nullus igitur finis, nulla consumptio nec spes melior. Videaturque alludere ad eas vrbes quae dirutae sale seminabantur, ne in aeternum vnquam aedificarentur. Deut. 29. 23. *Maledicta terra plaga est, Dominus. Iudicum 9. 45. Sichima destructa salitur. Sophon. 2. 9. Moab vt Sodoma erit. & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & aceruis salis & desertum vsque in aeternum reliquiae populi mei diripient eos, & residui gentis meae possidebunt illos.* Psal. 106. 33. & 34. *Posuit flumina in desertum & exitus aquarum in sitim: Terram fructiferam in saluginem, a malitia inhabitantium in ea.*

Carbones salis.

S. 4. Ignis vero & salis magna est similitudo. Varro nis est narratio ad Renum quosdam cum sale fossitio. & marino careat, ligni cuiusdam carbonibus profale vti. Quin etiam ad morem notū, aut sane Iudaeo-

rum alludere videtur, illi corpora sale condita feruē bāt; notauit ex Herodoto Coelius l. 6. c. [Vetus sententia est, a celeberrimis vtiq; linguae auctoribus, litteris commendata, Totis corporibus nihil esset salius sale ac sole: adeoq; peccatorum corpora videtur. Etenim astringit sal, siccatur, alligat, putrescentia quoque corpora ita veditat, vt ea diu ent per facula, quod fr. gyptiorum comprobant instituta, quibus mortuorum sale condire moris fuisse, plane Herodoto credimus. Inde consuetudo inoleuit Graecis quandoq; vt vino madentes, & plane deliros etiam oleo perangerent sale admixto, ceu singulare id foret adiumentū. Quae & vino, ne stupefcat, aut in acrum degenere, facere indere consueverunt. Ex hoc factum videtur, vt facetissimus Comicus in Comedia, cui titulus Nephelē, ita scribendum sit op natus *ἀλτι διαμυχθής* i. e. *σπ. σ. Sale perfrictus expurgatusque hic inuaretur. vtiq;.] Si Aegyptiorum erat consuetudo, audeo dicere, & Iudaeorum. Nam vtriusque ingens erat cura caduerum seruandorum, paucis vero tantę opes, vt myrrha alijsque aromatis condirent, mille enim Arabae non sufficerent. Itaque sale condiebant. Siquidem dei non fecerunt, non ignorabant morem tamē, in Aegypto hoc tempore multa myriades Iudaeorum verferantur. & Ierosolymis non pauci Aegyptij. Sen sus igitur est, vt corpora sale seruatur, quoniam ne putrescant, in sepulchris, ita quoque igne salientur, vt semper sufficiant, in nonas poenas. Commentarius Hieronymo ascriptus, mystice interpretatur.*

V. 49. QVÆSTIO I.

De quo sale hic Dominus loquitur?

S. 1. **Q** Vi ignem de prudencia, aut discretionem interpretantur, causam habet, quia hic sal hoc loco de illis virtutibus accipitur, vt apud Marth. 23. alijsq; locis. Verum optime coherent, quae de sale hic dicitur, cum praecedentibus. Quod enim non nihil existant, alio loco sententiam adferri nihil non probatur. Quumuis enim alio loco dixerit, *sequens andem rem inculcatam constat.* Sensus igitur est. Cui tanta maneat poena eos, qui alios offendunt, publicae que scandalum praebent, seu peccatorum exemplis praeuendo, seu laedendo, adeo vt igni salie diu quae admodum victimae sale asperguntur, vos hoc agite, vt salem bonum habeatis, quo victimae condita Deo, quasi escae placent, sic enim prudentes, grauis, & solliciti carebitis, nec exemplo malo, prae quoque ad celestis aliquid consortium paruulos trahitis, habete etiam pacem, ita haud facile laedatis proximis. Theophyl. salem bonum caritatem interpretatur. *εἶπε δὲ ὁ κύριος ἀλλὰ, ἡ γὰρ τὴν νόστιμον χάριν τὴν πνευματικὴν πλὴν, ὡς ἀνείρησεν τε πρὸς ἀλλήλους. ὁ γὰρ τὸ πνευματικὸν τῶν γὰρ πρὸς τοὺς γὰρ πρὸς τὸν κατὰ νοῦν, οὐτὶ ἀλλὰ ἔχει καὶ λαοὶ πὸν εἰρηνεύει πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Habete igitur in vobismetipsis salem. Nempē gratiam sapientiam Spiritus & restringentem, vt pacifice inter vos agatis, qui enim vinculo caritatis alligatus est ad proximum, hic salem habet, & dicitur pacifice agi cum fratre suo.*

Habete igitur in vobis salem. Nempē dulcem Spiritus sancti gratiam, & quae coherere faciat, sic enim pacem habebitis ad inuicem. Qui enim vinculo caritatis est proximo colligatus, ille salem habet: & de reliquo pacem agit cum fratre suo. De sale sapientia dicitur est. Quod dicit salem *χρῆν* esse, recte & Graecis dicitur, nam Homerus salem diuinum Deorum appellat. Et Iudaeis & Graeco proterbio *χρῆν* dicebatur, quod de libis paratorum efficeret. Multus erat vsus salis de oque & vane vsurpant veteres; Galenus, Auerrroes, alijs; medicamentis primum natos aqua in qua sal liquefactus sit ablui iubent, vt cutis siccetur, & stringatur. Vmbilicus occalescat.